



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvm Serie Vigesimvm-Octavvm De Matrimoniis, &  
Sponsalibus, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

An debitum iniquè petenti possis concedere. §. 11.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76659](#)

<sup>6</sup> Sexū emittenti votum castitatis regulariter non teneris debitum reddere, quia ipse in honore Dei censendus est iuri perendi debitum tibi cessisse. Quod si votum castitatis ex tuo consenui emissum sit, non solum non teneris debitum illi reddere, sed nec potes ab eo exigere, quia eius voto cōsentientis iuri debitum perendi renunciasti, ut latius superius dictum est, & tradit Laym. lib. 5. tract. 10. 3. part. c. 1. n. 12. & 15. in fine.

<sup>7</sup> Septimō affinitatem ex incestu contrahenti durante prædicto impedimento non teneris debitum reddere, ut est omnium sententia, quia ob crimen commissum incelsus priuatus est in iure perendi debitum cap. transmissa, cap. tua fraternitatis ad eo qui cognatus consang. exor. sue. Probabile tamen est inquit perenti te reddere posse, ne ex delicto alterius ius tuum petendi, & reddendi debitum diminuat, vt aduersus alios probat Sanch. lib. 9. disp. 6. à n. 12.

<sup>8</sup> Ostendit ob obligatione reddendi debitum sub graui culpa excusat difficultatem grauem parentum in aliendis filiis si multiplicentur, afferunt Sotus in 4. d. 32. quæst. vñca, art. 1. Rodrig. summ. 1. cap. 243. concl. Saa, verbo Debitum, n. 18. Quijimo Pet. de Ledesma, de matrim. quæst. 64. art. 1. in fine. Sanch. lib. 9. disp. 2. n. 3. Gaspar Hurtado disp. 10. de matr. difficult. 12. n. 54. & alij censem celsante incontinentia periculo nullam culpam nec venialem committi in prædicta negatione. Moventur, quia ab aliis debitis solvendis excusat magna incommoditas, & difficultas, cur ergo ab hoc debito non excusat? Præterea non teneris debitum reddere, si probabiliter times aliquod graue damnum tibi vel proli obveniuntur: at si proles nascatur graue tibi, siliisque natu dampnum imminent, liquidem cogens ex elemosynis emendicatis. Ergo, &c.

<sup>9</sup> Ceterum verius censeo ob prædictam rationem, te debitum non posse negare, nisi cõiuix iuri petendi celeritate quod incommoditas, & difficultas, quam ex multiplicatione filiorum timere potes, præterquam quod dubia est, & incerta, ex ipsam solutione debiti ex iustitia nascitur. Non igitur eius solutionem impedit potest. Addit filiorum generationem esse præcipuum matrimonij suum, & primam coniugum obligationem, debet ergo hac præferri obligationi illorum aliendis, cui obligationi si parentes nequeunt ex propria comode satisfacere, satisfaciant ex aliorum elemosynis, filioque exponant: obligationem tamen reddendi debitum non omissant. Sic docent expressè Rebello, libro 2. quæst. 16. sef. 1. Coninch. disp. 3. a. 2. n. 3. in fine. Layman. lib. 5. tract. 10. 3. part. c. 1. num. 16. & videntur esse huius sententia, qui indistincte affirmant esse peccatum mortale negare debitum, ne proles multiplicetur, ut sunt Angel. verbo, Debitum, n. 15. vbi Sylvestr. q. 8. Nauar. c. 16. n. 2. 3. Margarita Confessor. 6. præcepto ver. 8. in fin. Ludou. Lopez. 1. p. infrastruct. c. 79. & peccat. Graffis, 1. p. decisi. lib. 2. c. 8. 3. n. 1.

Nondic exculpat aliqui à reditio debiti, si coniur petens excommunicatis sit; quia excommunicatione ligatus priuatur communicatione fidelium. Sed hac excusatio nullatenus est admittenda; quia ob vitanda animatum pericula conjugibus excommunicatis communicatio permititur. Cap. quoniam multos. II. q. 3. Quod ideo de uxore loquatur, omnes Doctores ad virum extendunt, quia procedit eadem ratio, ut latius tract. de excommunicatis dicimus.

## §. XI.

An debitum iniquè perenti possit concedere?

1. Si petito debiti iniqua sit ex parte actus nequis petitioni annuere. Secus si ex parte persona sit iniqua petitio.
2. Temporat Basil. secundam partem, ne procedat, quando petens nequit à sua petitione malitiam removere.
3. Displcit prædicta limitatio.

<sup>1</sup> Alij generaliter negant, eo quod non licet iniquæ actione cooperari. Alij econtra concedunt, quia ob iniquam alienum petitionem non es tu priuandus potestate, quam ex matrimonio habes petendi, exigendique debitum. Alij quibus ego silenter distinctione vñtruntur, iniquum enim, si petito debiti iniqua sit ob aliquam circumstantiam, quæ ipsum actum exterrit vitie, nequaquam poteris petenti debitum concedere, quia petis tibi illicitum, ut si absque necessitate petat in loco facto, vel cum periculo abortus, vel damni proli, aut tui, vel petentis gravis documenti. Fatoe tamen aliquando ex negatione debiti timeri posse grauiora mala quam ex eius concessione, & eo cau iam petenti copula illicita non erit, ac proinde poteris petitionem annuere, sicuti aduentur Petri. de Soto, Sanch. & Layman. & statim referendi. At si non ob circumstantiam tenentem le ex parte actus, sed ex parte petentis petitionem iniqua sit, optimè poteris petenti concedere, quia concedis id quod ex se licitum est, nec tibi potest malitia imputari, ut si petas debitum ob malum finem: haec distinctione commun.

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Pars V.

niter Doctores viuant, ut videre est in Petro de Soto l. 16. de matrim. in fine. Couarruu. 4. decret. 2. part. c. 3. §. 1. num. 6. Henr. lib. 11. cap. 1. §. 8. Sanch. lib. 9. disp. 6. n. 7. Coninch. disp. 3. dub. 4. a. n. 5. Paul. Laym. lib. 5. summ. tract. 10. 3. part. cap. 1. in fine. num. 17.

Secundam partem huius distinctionis restringit Basil. Ponc. lib. 10. cap. 3. à n. 3. & Gaspar Hurtado disp. 10. difficult. 13. ne procedat, quando petens nequit à sua petitione malitiam removere, sed solum quando ab ea petitione potest separare malitiam. Nam quando petis tibi copulam, à qua ipse petens separare malitiam nequit, necessariò à te postulat cooperationem ad alium, qui hic, & nunc malus est. Secus vero contingit, quando ab eo actu separari malitia potest. Ex quo inferunt dubitanti de matrimonio valore altriclo voto castitatis te non posse debitum reddere; quia ea copula petita ita mala est petenti, ut nequeas villa ratione ab ea malitiam separare. Secus vero quando solum est mala, quia prauo fine petita est.

Ceterum huic limitationi acquiescere non possum, ideoque ex illico superiori doctrinam generaliter veram esse, nempe quies malitia non se tenet ex parte actus externi, sed ex parte personae petentis ob aliquam circumstantiam, quæ non ipsum actum, sed personam petentem afficiat, licet te posse debitum petitem concedere, quia eo cau non videbis cooperari aliecius peccato formaliter, siquidem illa actio extrema in se peccatum non est, sed quatenus procedit ab eo, qui cum exercere est impeditus ob votum, vel aliud impedimentum: si enim cum petens iniquo fine in petitione ducitur, separareque à petitione malitia potest, non celeris eius iniuriant cooperari, neque etiam censendus es, cum voto castitatis astricabis, vel impedimento ligatus debitum petis: nam actio externa aquæ ex prauo fine ac ex voto castitatis, vel affinitatis impedimento vñtratur. Cooperari autem actioni, quæ solum ex circumstantia ipsi extirpata mala est, non est intrinsecè malum, sed ob aliquam rationabilem causam honestari potest. Quisimò ex istmo non solum te posse in supradicto cau petitioni acquiescere, sed regulariter obligatum esse, ut pluribus firmat Sanch. dicta disp. 6. n. 7. eo quod petens non amiserit ius petendi ex iustitia. Quod exemplis manifestari potest. Si enim dubius de matrimonio valore à te nullam dubitationem habente copulam petat, tametsi tu conscius sis illius dubitationis, teneris eius petitioni acquiescere, quia ob eius errorem conscientiam ius petendi non amisisti. Item altrius castitatis voto, si tibi non cessit ius petendi, & cessione illius non acceptisti, solum Deo, & non tibi obligatur, ac proinde aduersus Deum tantum, & non aduersus te petendo delinquit, sicuti si nummos apud te depositos haberet, & Deo promitteret non exacturum, si postmodum exigere, tu obligatus esses concedere, quia ex promulgatione Deo facta nullum ius retinendi illos acquististi. Ab hac tamen regula excipit Sanch. dicta disp. 6. n. 8. impedimentum affinitatis, quo ligatus ius petendi amisti in prænupti commissi delicto, & sic ut ei qui propria voluntate cessit ius, non teneris debitum concederes, sic non teneris concedere cui legibus prædictum ius sublatum est.

## P V N C T V M V.

De mutua coniugia habitatione, & effectibus  
inde subsecutis.

## §. I.

Obligantur coniuges ad mutuam habitationem.

1. Obliganur mutuam habitar.
2. Huic obligationi ex mutuo consensu cedere possunt.
3. Secluso prædicto consensu peccatum graue est diu coniuges esse separatos, nisi necessitas urgeat.
4. Ex causa familiæ, vel Reipublicæ necessaria potest vir ab uxore diuiniti separari, & virum tenetur uxori sequi, se commode potest.
5. Vir ab uxore insitè discedens non tenetur secum uxorem deferre.
6. Ob votum castitatis, vel affinitatem contractam non licet alteri coniugi à domo, vel mensa recedere, sed solum se parare thorum.

<sup>1</sup> Primo certum est coniuges obligatos esse iure naturali, & Diuino simul habitate in eadem domo, ad eandem mensam accubare, & in eodem lecto iacere: id enim postulat matrimonio natura, quæ individuum, & inseparabilem coniugum vitam continet iuxta illud Genes. 1. Propter hanc relinquere hominem patrem, & matrem, & adhæredit uxori us, & erunt duo in carne una. Et Matth. Omnis qui dimiserit uxorem suam excepta fornications causa, facit eam mechari. Quod si aliquis cōiugum huic obligationi non satisfaciat, compelli potest à

Judice